UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi, Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo Ecclesiastico

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 11. An verba Bullæ, quibus dicitur non dari potestatem dispensandi in aliquâ Irregularitate, intelligantur de omni omninò Irregularitate?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

Visual Library

ſcere de delicto per abſolutionem dimiſſo, & imponere ſatisfactionem competentem foro publico & contentioſo. Poſſet tamen etiam illam ratam habere, ſi vellet, nec eſſet præjudicium tertii; ut cum aliis notant Præpoſitus *q.* 1. *n.* 100. Layman *ſup. c.* 7. *n.* 7. Bonacina, &c. Vide Dianam modò citat. Th. Tamburinum *de Caſ. reſerv. c.* 13. §. 5. *n.* 38. & *ſeqq.* Gobatum *n.* 274. & *ſeq.*

Q. 11. *An verba Bullæ, quibus dicitur non dari poteſtatem diſpenſandi in aliquâ Irregularitate, intelligantur de omni omninò Irregularitate?*

R. Exiſtimat quidem Diana *p.* 1. *tr.* 11. *R.* 27. & *p.* 10. *tr.* 11. R. 22. probabilem eſſe opinionem Aragonii, Cordubæ, Nugui, & aliorum, exiſtimantium non intelligi de irregularitate quæ ſit pœna, ſeu quæ ſit ex delicto: quia, inquiunt, ea irregularitas eſt verè cenſura.

Sed contrarium tenendum, cum Suarez, Avilâ, Filliucio, & aliis propè

innumeris (ait Tamburinus *ſup. n.* 21.) & rectiùs: Quia Bullis conformius, ait Gobatus *n.* 272. Vide Navarrum, *Manuali c.* 27. *n.* 254. id probantem: Quia irregularitas non eſt cenſura; neque abſolutio ejus neceſſaria eſt ad peccatorum abſolutionem, ob quam tamen datur facultas abſolvendi à cenſuris & ſententiis Eccleſiaſticis: & Stylus Curiæ habet, quòd per facultatem abſolvendi à quibuslibet cenſuris & pœnis, non intelligatur facultas diſpenſandi ſuper irregularitate. Vide & Molinam *to.* 4. *tr.* 3. *de Juſtitiâ commutativâ diſp.* 80. *n.* 6. & iterùm Gobatum *n.* 450.

SECTIO XII.

De Commutatione Votorum.

QUÆST. 1. *An, & quæ Vota commutari poſſint virtute Jubilæi?*

RESP. 1. Confeſſarius ab Ordinario approbatus, juxta ſuperiùs dicta, poteſt